Reg sub Vadio summae sexdecem Millium florens polon per eundem Recognoscens sive eius posteros suprascripto obligatario suo Ipsiusq Successoribus ob non completionem praemissorum omnium et singulorum, tam in parte quam in toto totiès quoties opus fuerit ad soluendum succumbendo pro quo quidem Vadio modo praemisso ad soluendum succubito ac pro re aliqua principali ex praemissis non completa complenda. Citatus ex ipsis memoratus Recognoscens Gnosus Ioannes in Rzeplin Cwiatkowski Rothmagister Sacrae Regiae Maiestatis sive eius Successores ad Instantiam praefati Gnosi Nicolai Stawski Dapiferi Terrae Sanocens obligatarij sui, vel eius posterorum ad officium praesens Castrens Capitan Premysliens extunc recessu suprascripto, quo ad respondendum spectat mediante semper in primo Citationis termino tanquam peremptorio stare sui parere respondere Vadium praefatum luere Inscriptioni huic satisfacere ac omne iudicatum pati debebit et tenebit seq ac suos successores ad eadem omnia inscribit et obligat praesentibus, illum Terminum primum peremptorium et alios omnes exinde consequentes causae eiusdem Terminos, semper peremptorios vera infirmitate pro maiori minorennitate successorum legatione, intra vel extra Regnum servitio militari ad munimenta ad Evictorem vel alijs quibusuis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo ad quietationem praeterea ultra proximos officij praefati Castrens Capitan Premysliens Terminos dilationem sibi non recipiendo nullasq motiones appellationes ac earum prosecutiones faciendo ac praemissa omnia poenis simplicibus vel triplicatis Euasionibus suspensionibus fatalijs Iuris praescriptione Terrae bello conuentione ac alijs omnibus Iuris remedijs et defensis non subterfugiendo nec modo alio quouis euadendo Hac sua praesenti personali Recognitione ad praemissa omnia mediante

Idem mutuo inter se Roborant.

Comparentes personaliter coram officio et Actis p[rae]sentibus Castren[sibus] Capitan[ealibus] Premysliens[ibus] Gnosi Joannes in Rzeplin Chwiałkowski Rothmagister Sacrae Regiae Majestatis ab una et Nicolaus de Staw Stawski Dapifer Terrae Sanocensis parte ab altera. Sani mentibus et corporibus existentes, a Terris districtibus Iuribus Iurisdictionibusq[ue] suis quibusvis propryis et competentibus recedendo p[rae]senti

967 vero Castren[si] Capitan[eali] Premysliens[i] Iurisdictioni quo ad Actum hunc attinet secum successoribus bonisq[ue] suis generaliter Universis totaliter et plenarie incorporando atq[ue] subyciendo palam libere publice ac per expressum recognoverunt et quilibet illorum seorsim suo pro interesse recognovit. Quia ipsi sibi mutuo et invicem una pars alteri ac posteris utriusq[ue] partis se ac suos successores in et super bonis suis generaliter omnibus summisq[ue] pecuniarys quibusvis habitis et habendis inscribunt et obligant p[rae]sentibus, Contractum certum inter se Recognoscentes ratione certarum rerum et conditionum in eodem Contractu contentarum de actu et data illius hic Premysliae die hodierna in Actu contenta confectum et conscriptum manibus sui Recognoscentium propryis ab utrinq[ue] subscriptum in omnibus et singulis eiusdem Contractus Conditionibus, punctis, clausulis, articulis vadio, ligamentis ac nexibus generaliter Universis firmiter tenere complere exequi ac inviolabiliter observare omnibusq[ue] et singulis eius contentis tam in parte, quam in toto toties quoties opus fuerit satisfacere Contractum p[rae]fatum ad Inscriptionem p[rae]sentem roboratoriam et Inscriptionem p[rae]sentem roboratoriam ad p[rae]dictum Contractum vicissim in toto referendo, Idq[ue] sub vadio summae sexdecem Millium florenorum polonicorum per partem parti cum successoribus utriusq[ue] partis ob non completionem contentorum Contractus p[rae]fati omnium et singulorum tam in parte quam in toto, toties quoties opus fuerit ad solvendum succumbendo. Pro quo quidem vadio modo p[rae]misso ad solvendum succubito ac pro re aliqua

principali ex contentis contractûs praefati non completa complenda Citata existens, memorata pars una praemissa non tenens sive eius posteri, ad Instantiam partis alterius praemissa tenentis et complentis vel illius successorum ad officium praesens Castrensis Capitaneatus Premysliensis extunc recessu suprascripto quo ad respondendum spectat mediante semper in primo Citationis Termino tanquam peremptorio stare Iuri parere respondere vadium praefatum luere Inscriptioni huic satisfacere ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur seque ac suos successores ad eadem omnia inscribit et obligat praesentibus illum Terminum primum peremptorium, et alios omnes exinde consequentes, Causas eiusdem Terminos semper peremptorios vera infirmitate pro maiori minorennitate successorum legatione intra vel extra Regnum servitio Militari (ad munimenta ad Evictorem, vel alys quibusuis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo ad quietationem Cetera ultra proximos officy praefati Castrensis Capitaneatus Premysliensis Terminos dilationem sibi non recipiendo nullasque motiones Appellationes ac earum prosecutiones faciendo ac praemissa omnia paenis simplicibus vel triplicatis evasionibus suspensionibus fatalibus Iuris praescriptione Terri bello conventioneque ac alys omnibus Iuris remedys et defensis non subterfugiendo, nec modo alio quovis evadendo Hac sua praesenti personali Recognitione ad praemissa omnia mediante.

Ielec Woiakowskiey Obligat. 967

Comparens personaliter coram officio et Actis praesentibus Castrensis Capitaneatus Premysliensis Generosus Ioannes Ielec Pincerna Kiiouiens sanus mente et corpore existens à Terris Districtibus Iuribus Iurisdictionibusque suis quibusuis proprys et competentibus recedendo praesenti vero Castrensis Capitaneatus Premysliensis Iurisdictioni quo ad Actum hunc attinet secum successoribus bonisque suis generaliter